

30

testamonia in scripturis suis referuntur ; Sed nobis ex omni multitudine pauca sufficiunt . primo omnium quod septem spiritus dicuntur sancti . in quo sine dubio uirtutes uel operationes spiritus sancti esaias spiritus appellauit ; Sed & secundum dauid eloquia domini argentum purgatum septies et redicuntur . & iustus quidem sexies de necessitatibus liberabitur . in septimo autem non accedit ad eum malum . peccator uero non solum septies . sed septuagies septies si peniteat . ueniam promeretur ; Et rursum e contrario . bona enim est & malorum poena . in caem septies uindictatur . id est septem pluries poenas patriadii luit . La meo uero septuagies septies . pro eo quod homicidium post proposita legem . & post condemnationem homicidae prioris admisit ; Sed & pessimi uicini septuplum insinum suum recipiunt ; Supra septem quoque columnas domus sapientiae collocatur . lapis etiam zoro babel septem oculis adornatur . sanctus quoque septies in die laudem dicit deo . & septimus ab adam enoch ad deum translatus est . sed & abraham patriarcha uicesimus primus electus est . triplicato septimanae numero . ut & hoc ipsum quod triplicatur . formam maioris contineat sacramenti ; Nudabit fortasse aliquis eorum . qui ualde uiriliter audere in omnibus possunt . Peruenire etiam ad nouissimum adam . dominum & dominum meum ihesum christum . qui ab illo priori adam qui factus est sub peccato numero septuagiesimus & septimus inuenitur . Secundum generationes quas enumerat beatus ab inferioribus ad superiores conscendens ; Considero quoque septem illas tubas ihesu uocis . & septem diebus circuitur sacerdotum . quibus murorum hiericho fundamenta quatuntur . & propugnaculorum molis antiqua dissoluitur ; Helias quoque septimo demum missis ad speculandum puero . inuestigium pedis nubem mouit . & claustra caeli quae uerbis uis . potestate firmauerat . orationum clauibus reuertit ; Eiusdem ut opinor sacramenti est etiam candela brum . quod septem lucernas in templo . uelut septem

2921. abraham